Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9083
Copyright: Melk, Benediktinerstift

rerum numerosam diuersitatem. Numerus enim duplex est. (·i· Duplicem numerum dr.)
Unus quidem quo numeramus. (s. scilicet incorporalis) alter vero qui in rebus nyme-
rabilibus constat. Et enim vnum res est vnitas quam vnum dicimus. (s. quem numeratur. Non est nisi id quod est numerus.)
Duo rursus in rebus sunt. vt homines et lapides. dualitas nihil. Sed
tantum dualitas quam duo homines et lapides duo sunt. et in (Hic numerus. s. quem numeratur. tantum quod numerus.)
cæteris eodem modo. Ergo in numero quo numeramus vnitatum (s. incorporali. corporalium.)
repetitio facit pluralitatem. in rerum vero numero non facit plura-
litatem vnitatum repetitio. et sic eodem dicam. gladius vnus. (·i· de eadem re.)
mucro vnus. ensis vnus. potest enim vnus tot vocabulis gladius
agnosci. Hæc enim vnitatum iteratio potius est non numeratio.
velut si ita dicam. ensis. mucro. gladius. repetitio quædam est
eiusdem non numeratio diuersorum. velut si dicam. Sol. Sol. Sol. non tres (S. Substantiæ. quæ est sinonymon. i. pluriuocum.)
soles effecerim. sed de uno toties predicauerim. Non igitur si (pnuntiauerim.)
de patre. ac de filio. ac spiritu sancto tertio predicat deus. idcirco trina
predicatio numerum facit. Hoc enim illis vitium est in mina.
qui inter eos distantiam faciunt meritorum. Catholicis (quos dam gradus.)
nihil in differentia constituentibus. ipsamque formam vt est esse po-
nentibus. Neque enim aliud est quam est ipsum quod est opinantibus (in indiscretione. ·i· simplicem quæ simplicitate est quod est.)
recte repetitio de eodem quam enumeratio diuersi videtur esse. (pretius.)
cum dicitur deus pater. deus filius. deus spiritus sanctus. atque hæc trinitas vnus deus.
Velut ensis atque mucro vnus gladius. velut. Sol. Sol. Sol. vnus Sol
Sed hoc interim adeam dictum sit significationem demonstratio
nemque quam ostenditur non omnem vnitatum repetitionem nu-
merum pluralitatemque efficere. Non uero ita dicitur pater ac filius (s. Significationem.)
ac spiritus sanctus quasi multiuocum quiddam. Nam mucro ac ensis ac ipse (·i· quasi vna persona tribus nominibus sit appellata. ·i· vna res.)
est. ac idem. Pater vero ac filius ac spiritus sanctus. idem equidem est non ipse uero. (·i· vna substantia. ·i· vna substantia. Non vna persona.)
inquare paulisper considerandum est. Requirentibus enim ipse est (·i· immorandum. s. hereticis.)
pater. qui filius. minime inquiunt. Rursus. idem alter quia est. (s. Catholici. s. requirentibus.)

A. ·l· Inquo vnitatum repetitio non facit pluralitatem.

B Quia simulatres in rebus sunt. trinitas in numero

C Talis vocabulorum repetitio.

E Ad arrianis. vt trina predicatio. numerum faciat. sed ad interitum quasi de super impendat.

F. Habent autem personarum distinctionem. ac operationis inseparationem.

G Sed quando repetitione. ill. scilicet

G Sed quando repetitione vnitatum. illa quæ scilicet quæ est in numero quo numeramus.